122 a)

Excellentissimo & Clarissimo Viro
D. Jo. Beckmanno SS. Theol.
Doctori & Professori celeberrimo
Cõlendo

J. Vlastricht.

Excussi Vir Excellentissime omnes fontes
& publicæ et meæ Bibliothecæ, ut invenirem
programmata sepulcralia Urbani Pierij & Conradi
Bergij, nullum tamen invenire potui, quia collecta
tanta demum anno 1640. inceperunt, qua in re
Clariss Rector Meierus sedulus fuit. A posteris
quoque nil rescire quivi. In Orationibus Nata-
litijs de progressu Scholæ nostræ, quarum tertiæ
D. Dieterici Sagittarij, de Pierio Jdc reperi. Novum
quasi Scholæ oritur astrum, D Urbanus Pierius,
Marcicus, Theologus Celeberrimus, & poëta non è trivio
unde & patriæ & parentibus splendorem, quem ab
illis sperare vix poterat, attulit. Tribus enim Rom.
Imperii Electoribus secularibus in præcipuis Acade-
micis & Ecclesiasticis officiis magna cum laude in-
servivit, non tamen sine magna persequutione.
Wittebergæ enim, cum Lyseri & Selnecceri placitis
nollet subscribere, ad carcerem raptus, ibique per
menses bene multos arctâ custodiâ detentus fuit (
unde Martyris incruenti nomen) donec ad inter-
cessionem Elisabethæ Angliæ Reginæ dimissus
Palatinatum petiit. Hinc anno superioris
seculi ultimo Ambergâ Superioris Palatinatus
urbe Bremam accersitus, & in Venerabile
Ministerium cooptatus, decedente post octennium
Pezelio, Superintendens constitutus, tandem

Jacob. à Mastricht S.T.

decrepitus ferè jam, Professionem etiam Theologi
in Schola suscepit, & eâ quidem lege, ut Confe
sionem Augustanam publice interpretaretur, sua
Auditoribus commendaret: erat enim Theologi
Melanchthoniana, quam Christ. Pezelius in hac
Schola & Ecclesia ore scriptisque, ut simplicem,
ut piam, ut modestam, ut veram indesinenter
commendârat & inculcârat, assertor & vindex
strenuus Pierius, unde non alium se, quàm
Augustanæ Confessionis Professorem, dici volu
à Phil. tamen Nicolai Theologo Hamburg
lacessitus, modeste orthodoxiam defendit, in
Exam. Conc. Jurbr. D. Crellii aliisque Scriptis
Elenchticis, siquidem Urb. Pierii & Lugd. Croii
Disputt. pro August. Confessione etiamnum
prostant. Sic ergo non modò ipse ne latum
quidem unguem à puritate orthodoxiæ re
cessit, sed & Ecclesias bene multas fermento
adhuc superstitionum infectas divino Zelo
repurgavit, imò turbones quosdam plenis qua
si plaustris in orthodoxiam invehentes for
titer & animosè repulit. Septuagenarius,
an. sec. XVI. decessit, totâ suâ vitâ pro
bans, decere Virum Theologum solida esse
mentis, & pectoris planè ferrei, quod vani
tas non faciat fluidum, non corrumpant
munera, non concutiat metus, non favor po
tentum à sinceritate dimoveat. O Sanctum
illud & candidum pectus! in veritate semel
agnita sine exemplo constantissimum! veri
tatis amore ferventissimum! # Agmen denuo

quo magnum partem in Adamo inveniuntur. De
Conrado Bergio eadem oratio, sequentia habet.

Septem Virorum in Theologica cathedra Bremen-
sium pro hoc curriculo claudat Conradus Bergius.
SS. Theol. D. & Prof. orthodoxus & pacificus (
probante id ipsius commentario De fide ca-
tholica) primum ab an. sec. XXIV. in Acad.
Electorali, quae ad Viadrum floret; deinde
ab anno M. DC. XXX. apud nos Prof. &
Ecclesiae Ansgarianae Pastor, moderaminis
studio deditissimus, omnigenae eruditionis,
pietatis, patientiae & integritatis, omnium
denique Christianarum Virtutum nobile
jubar, sententiarum quarundam infamium à
nonnullis ipsi impactarum minimè affinis.
Cujus eruditio & virtus in seram posteritatem
& aeternos annos jugiter succesura, in senium
& oblivionem apud Deum & bonos nunquam
verget: calumnias autem vita ejus integra,
bonorum memoria, & scriptorum editorum
testimonia (quorum mole exiguorum, rebus
gravidorum, numero variorum enumerationem
nec tempus nec charta fert) in ruborem
dabunt aut pallorem. Est in manibus privati
farrago aliquorum et recentiū programmatum
si exinde Sicharium & Bergianum Maneisi aut
alibi plura invenire de heroibus hisce potero, Lapsus
ad te sine mora abeant. Addo hisce beati fratris
orationem funebrem qui quoque inter vestra
tes olim vixit. Ne pereat haec occasio hic finem
scriptioni facio; Tibique filium meum qui studiorū
gratia ad vos accedit commendo, justa sodes eum
ope & consilio, quasi tuus esset, quod pari alacritate
in Deo, Tuisque, si occasio se obtulerit compensaturus
sum. Specimen habes in D.r Aschenio. Quid sodes rescripsi
sum. Specimen habes in D.r Aschenio. Quid sodes rescripsi
Adscionarum tuus. Hisce vale, me dum sospites
te Deus. Scripsi currente Brema die 18 Aug. 1706